carissime fecerat. quandoque tua fama percrebuit
latissime et eo usque processit. ut quasi nova
re omnes admirati stupeant. quia in alteris
civitatis statum cum utilitate et augmento plurimarum
rerum perfecto magne laudis est. quae non
mediocrem tue patrie comparabit honorem
et commodum non mediocre. eidem fatis
constat quod patria te protulit. quam adhuc
ea nos continet. ut eam oppressam per fortes
viros tuetur. per sapientes consiliis relevetur.
Olim cum maiores natu meorum una per varias
civitates fuerint interempti. patrie desolate consolationem
eandem prosperam conservant. Itaque postea quam
totius patrie casus inniteretur stabilire.
quemadmodum Socrati Platoni Aristoteli et ora-
toribus quam magne demostheni eciam eschini
aristidi apud grecos. et illos quos
prefecerat tuis legem ferentis. quorum nomina
inscrutabile quia multi modis sunt brevitas carte
non sufficit. Atque opinionibus affirmamus ratione
nunc camillo conrincano fabricio et ceteris
armorum industria prestantibus apud romanos
plus cure fuit vel consiliorum prudentia
aut armorum potentia utilitatibus patrie
subvenire. Itaque quodam divino presagio
et rei oportunitate [illegible] tamen inductus es
ut leges quibus omnis terrarum orbis regitur.
quas Pindarus summus in operibus omnium reginas
mortalium atque immortalium vocat agnosceres
constituque haberes proponeres consiliis et patrie et
exteris opitulares. Utque in manu
tua regia directoris et correctoris tamque

regal[illegible]